

Johann Kleinschmidt

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Kleinschmid,  
I.U.D. & P. Ad Exequias Quas ... Puero Bernhardo Heldt/ filiolo charissimo,  
parentes moestissimi, Hodie ... paratas cupiunt, Omnes omnium ordinum cives  
Academicos Studiose invitat**

Rostochii: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771253370>

Druck Freier  Zugang



Kleinschmid, J.,  
in B. Heldt.

Rost. 1638.

25
















# PROGRAMMA

Quo

Rector Universitatis Rostochiensis

JOHANNES KLEIN-  
SCHMID, J. U. D. & P.

AD EXEQUIAS

Quas


Bona indolis & Spei Pueri

BERNHARDO

HEIDE / filiolo charissimo, pa-  
rentes moestissimi,

*Hodie hora med. 2. in Templo Mariano  
paratas cupiunt,*

Omnes omnium ordinum cives Academicos Stu-  
diosè invitat.



ROSTOCHII,

Literis NICOLAI KILII, Acad. Typograph.

ANNO M DC XXXVIII.

161 25



PROGRAMMA

JOHANNES KLEIN

SCHMIDT

AD EXAMEN

BERNHARDO

PHYSICAE

INSTITUTIONUM

PHYSICAE

OMNES QUAE IN CURSIBUS ACADEMICIS

DISCANTUR




ROSTOCK

JOHANNES KLEIN Typograph

ROSTOCK





**M**Inime opus est ut vitam nostram extendamus ad annos septuaginta vel octoginta, quod Psalmographus Moyses fecit; sufficit una hora unus dies, ut alijs exemplis probat experientia, sufficit annus nec dum vertens, ut nuper, sufficit quinquennium ut nunc videmus. Ecce enim optimæ indolis & spei puer **BERNHARD Helde** natus est die decimo Januarij Anno millesimo sexcentesimo trigesimo tertio, mortuus die 12. hujus mensis Aprilis inter sextam & septimā pomeridianam. Vixit igitur annos quinq;, menses tres, ac dies per paucos. Sed hujus conditionem breviter consideremus, ut vitæ nostræ fragilitatem vel ex puero discamus. Ingressus est hanc vitam Anno qui dictus est, parentes ei fuerunt, pater quidem vir Consultis: **BERNHARDUS Helde** Juris Licent. & practicus hac in civitate solertissimus, Mater vero **ANNA Dreiers**. Avus paternus **JOHAN Helde** civis & cerevisarius Lemgovienſis in Westphalia, Avia paterna **CATHARINA Pflugers**. Avus Maternus Reverendus vir Dn. M. **PETRUS Dreier** Archidiaconus ad S. Jacobi in Imperiali urbe Lubeca, qui per annos quadraginta duos in Ecclesiæ  
A 2 istius



istius ministerio fuit, ac laudabiliter vixit, imò etiã  
nunc vivit per Dei gratiam Anno ætatis septua-  
gesimo sexto, senior inter omnes Ecclesiæ Lu-  
becensis pastores & ministros, Avia materna  
AGNES Stindts/ cujus frater vir prudentissimus  
Dn. WOLHARDUS Stindt/ nuper in ordinem se-  
natorium electus & receptus est. Proavus mater-  
nus fuit Reverendus Vir Dn. M. NICOLAUS Stindt  
Archidiaconus Reverendi ministerij Lubecensis in  
æde D. Jacobi. Proavia materna pia & honesta ma-  
trona AGNES Kõlichen/ filia Viri Reverendi ac Do-  
ctissimi Dn. HENRICI Kõlichen/ qui in templo  
Mariano apud Lubecenses tempore Doctoris LU-  
THERI primò religioni pontificiæ addictus, postea  
vero introducta per D. LUTHERUM religione E-  
vangelica, conversus, & matrimonio junctus, triũ  
filiarum parens factus fuit. Ex his parentibus &  
majoribus in hunc mundum productus, ut indole  
præditus erat eleganti ita spem magnam parenti-  
bus, pietatis, probitatis, eruditionis, & aliarum vir-  
tutum faciebat: sed uti ingenia præcocia rarò diu-  
turna sunt: ita hic puer magno quidem gaudio  
parentes adfecit, in hanc lucem editus, majori etiã  
cum sana mens & vis ingenij non vulgaris in sano  
corpore deprehenderetur. Verum quò major  
fuit ista lætitia, tantò ut videtur luctus occupavit  
inexpectatior, ideoq; tanto major, parentes omnia  
sibi



sibi læta & jucunda de filiolo promittentes, Neq̄s enim dubium est, quin mater cum lacte pietatem instillarit, nec ille cupidius alibilem illum corporis infantilis liquorem duxerit, quam pietatis guttulas hauserit, quibus ad majorem ætatem provectus avi & proavi materni virtutes assequi aut etiam superare potuisset. Pietatis enim spem qui præbet, cæterarum virtutum fructus negare non videtur. Verum anima pueri Deo placuit, qui licet parentibus humano adfectu plenis ei; indulgentibus, ante septem quasi hebdomadas, primo variolis deinde febrî tenellum corripuit: quæ cum non nihil infesto Paschatis remittere videretur, vehementior postea exarsit, & vitæ finem acceleravit, ita ut ingemiscens placidè *Ich Gott hilff lieber Gott* obdormierit die duodecimo Aprilis proximo inter horam sextam & septimam pomeridianam: Habent sane pii parentes moelstitiæ causam: sed moderandæ tamen, si Deum, ejusq; providentiam & voluntatem paternam spectent, si faciem sæculi præsentis, & longè ab hac diversissimam futuri spectent. Cum enim in hoc universo nihil sit, quod æterni istius oculi, divinæ istius mentis aciem possit effugere, an putabunt sine hac providentia contigisse, quod huic ipsorum filiolo contigit? produxerat eum in hoc seculum, quasi in horto flosculum, ut parentes odore oblectaret, hortum colore



ōnaret, ſpem fructus præberet: ſubduxit eundem  
& in paradifum transplantavit: Numquid perpe-  
ram? Voluit ſane ut pater, ac providit aliquid me-  
lius, nec paſſus eſt ſeculi vitiis inquinari, quem ſuo  
in horto perpetuum vivere & florere volebat. Se-  
culi certè facies ea eſt, ut multi parentes benigne ſe-  
cum putent ætatem, ſi liberorum ſalutem in tuto  
collocatam videant. Nonne videmus ex magna  
etiam fortuna dejectos parentes de ſalute liberorū  
anxios, Venit in mentem pater ille Comicus, Ego,  
inquit, quia non rediit filius, quæ cogito, Et qui-  
bus nunc ſollicitor rebus? ne aut ille aſſerit, Aut uſ-  
piam ceciderit, aut præfregerit Aliquid. Vah!  
quenquamne hominem in animo inſtituere, aut  
parare, quod ſit carius, quam ipſe eſt ſibi! Hæc pijs  
parentibus nunquam nō ſuccurrunt etiam in pue-  
rili ætate liberorum: quid metuendū eſt, ubi gran-  
diores facti fuerint? Ad alia loca, ad alios homines  
mittuntur: ſpes quidem eſt, frugi eos fore: Eſt o-  
mnino, ſed videmus, audimus, experimur, in locis  
nonnullis ita rem geri, ut Lycurgus ipſe videatur  
poſſe in iis ad nequitiam adducier. Et noſtra ad-  
huc vineta cædimus: Quid ſi militares etiam cala-  
mitates perpendamus, & omnem illum irati numi-  
nis poenalem apparatus, quo hæctenus caſtigati  
ſumus! & ſinis nondum apparet. Quid verò o-  
mnium illorum eſt metuendum iis, qui piè & pla-  
cidè



cidè ex hac seculo discesserunt: præcipue huic in-  
nocentium puerorum gregi? Maculam ex paren-  
tibus contractam abluerunt, innocenter post illa  
vixerunt, neminem læserunt, parentibus etiam læ-  
titiæ & gaudio fuerunt. Imminent pericula? illi  
quasi machina quadam cœlesti subducuntur pe-  
riculis, in tutum locum transferuntur, dolorem nul-  
lum nisi parentibus ex desiderio absentium, & ipso-  
rum culpa conceptum, relinquunt. Rectius ergo  
& ex pietatis & rectæ rationis formula faciant pij  
parentes, si liberorū quantumvis bona indole præ-  
ditorum, bonam spem præbentium obitum, æquo  
animo ferant, moderate doleant & ex verbo Dei  
medicinam petant, quæ per temporis diuturnita-  
tem aliis contingit, dies adimit ægritudinem ho-  
minibus inquit aliquis. Adimat nobis pietas, vo-  
luntatis divinæ meditatio, & gratias agamus pro-  
videnti, decernenti, ac dirigenti rectius, quam nos  
ratione assequi possumus. Imò ipsam rationem  
in consilium adhibeamus ac Dei decreta adore-  
mus, Nostri quoque ut nobis officij in ornandis  
frequenter exsequiis, constet ratio, Cives Acade-  
mici, etiam atque etiam videndum est. Nec enim  
tuetur suam dignitatem Academia, nisi ad hoc e-  
tiam Christianæ charitatis officium suos hortetur  
cives, neque hi satisfaciunt existimationi suæ, nisi  
ordinis



ordinis, quem ingressi sunt, decus tueantur: Id ve-  
ro in honesto ac magistratui debito consistit obse-  
quio: fidei verò quam dederunt magistratui le-  
gitimo juratam, an satisfaciant, qui obsequium de-  
trectant, viderint inobedientes, nemo eorum non  
portabit iudicium suum ut Apostolus autumat.  
P. P. Rostochij die 15. April: Anno M DC XXXIIX.  
sub sigillo Rectoratus. Conventus fiet in  
templo Mariano,






















sibi læta & jucunda de filiolo promitt  
enim dubium est, quin mater cum la  
instillarit, nec ille cupidius alibilem il  
infantis liquorem duxerit, quam pi  
las hauserit, quibus ad majorem ætate  
avi & præavi materni virtutes assequi  
perare potuisset. Pietatis enim spem  
cæterarum virtutum fructus negare.  
Verum anima pueri Deo placuit, qui  
bus humano adfectu plenis ei; indul  
te septem quasi hebdomadas, primo  
de febrî tenellum corripuit: quæ cû  
festo Paschatis remittere videretur,  
postea exarsit, & vitæ finem accel  
ingemiscent placidè *Ach Gott hilff li*  
dormierit die duodecimo Aprilis p  
horam sextam & septimam pomeri  
bent sane pii parentes mœlitiæ cau  
derandæ tamen, si Deum, ejusq; pro  
voluntatem paternam spectent, si  
præsentis, & longè ab hac diversissim  
tent. Cum enim in hoc universo t  
aterni istius oculi, divinæ istius ment  
effugere, an putabunt sine hac provi  
gisse, quod huic ipsorum filiolo cor  
xerat eum in hoc seculum, quasi in  
lum, ut parentes odore oblectaret, h

A 3



qs  
m  
ris  
u  
us  
u  
et,  
ur.  
ti  
n  
n  
in  
or  
ur  
ob  
ter  
la  
no  
&  
uli  
pe  
od  
lit  
ti  
du  
cu  
ore  
na